



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

De vsura ratione anticipatæ solutionis, & de reuenditoribus congerentibus
merces maximè triticum, & annonam. Et de quibusdam casibus prætactis
à Corduba in tractatu de casibus conscientiæ. Cap. ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

accipere à debitore ultra sortem, si eam pro eo soluerit, ratione obligationis, qua ad soluendum se pro illo obligat sine nota usurae, quia hic non est mutuum, quia fideiussor nihil recipit à debitore, quod sit ei redditurus. Sed non licet pro ipsa virtute fidelitatis, seu veritatis, qua promittit se defectu debitoris soluturum, aliquid recipere, neque etiam licet, si adsit fraus, vt quando talis fideiussor conuenit cum creditore, ne credat sine fideiussore, vt ex hoc fideiubendo lucretur aliquid quod proculdubio dolum inuuit.

(De usura ratione anticipata solutionis, & de reuenditoribus inuenientibus merces maxime triticum, & annonam. Et de quibusdam casibus praetactis à Corduba in tractatu de casibus conscientia.)

C A P. LXXIII.

Q. 1.

Quoniam omnes pessimos modos usurae, ad eos sugillandum venari contēdimus, iam nūc de eo modo usurae, quae in emptione anticipata solutione cōtingit edisserere paramus: nec enim (& si de anticipata solutione lanarū dixerimus supra) illic omnia attinentia ad hanc materiam discussa reliquimus, quare hic specialiter quaeritur, vtrū qui anticipata solutione emit triticum quamlibet mensuram pro .7. argētis, si postea triticum tempore messis tradendum tunc valorem .14. argenteorum obtinuerit, citra culpae usuram, illas mensuras tali anticipato pretio minori solutas possit recipere? Et videtur quod certe licite possit quia talis emptor pro .7. aequali se videtur exposuisse lucrandi, & perdēdi periculo. Propter hoc argumentum religiosi professores alterius ordinis approbarunt quendam contractum, qui cum de eo fuisset rogatus, circumstantiaque omnes illius contractus intropellentem contrariam prorsus tulit sententiam. Cumque delatus esset per viam litis ad regalem audientiam casus, ibi iuxta meam sententiam fuit reprobatus.

¶ Igitur antequam quaestionem absoluauius, quaedam praebula praenotanda sunt à nobis praeciēda. Primum est, quod per leges Castellae, tritici anticipata emptio ad reuendendū est prohibita, & etiā pro sua domo: nisi pretio quo viginti dies ante, aut viginti post saerum diem

diem sanctæ Mariæ Septembris valebit in Metro poli
loci, vbi emitur. leg. 13. & leg. 14. legū Marrisij anno. 351.
ita Nauarrus. *

a Nauar.

Sum. Lat.

c. 17. num.

223.

¶ Secundum est, quod leg. 19. libr. 5. re compilationis no-
uæ legum titulo. 2. cautem est, ne aliqui mercatores, nec
etiam conductores frumenti, scilicet tritici, præter age-
siones ementes triticum causa vehendi illud in alia oppi-
da possint sibi emere triticum ad reuendendum illud, quod
si aliqui triticum emerint, causa ne desit alimonia in po-
pulis teneantur statim illud exponere venale in illis po-
pulis, nec liberū sit eis gratia reuenditionis, illud recode-
re in horreis. Sic edicit lex ibi sub pœna ibi posita, & ra-
tio qua innitur lex est, quia soliti sunt huiusmodi reu-
ditores per coaceruationē, & recōsionē magnæ copię tri-
tici, quā præemūt cariorē reddere annonam in populis.

¶ Tertium documentum est, quod magna animaduer-
sione, & pœna digni sunt reuenditores Hispanicæ regatō-
nes nuncupati, qui ad publicas soliti sunt egredi vias, ca-
sa præueniendi asportantes annonam, & victualia in po-
pulos, qui ea omnia emendo, corradere solent ad reu-
dendum, vt pote qui ex tali præuēta emptione perniciosi
sunt reipublicæ, quia caritatem annonæ solent inducere
in populis. Ita Victoria, additque esse contra leges Hi-
spanicas. Atque ita est præsertim si contingat incuria.

¶ Sed de istis reuenditoribus, id est regatōnes in dubiū
reuocari poterit, an semper suam hanc exercendo ante
peccent & an tolerandi sint in republica & an obnoxii
siant restitutioni. Et videtur quod non sint tātopere exe-
crandi, quia præemēdo magnam vim copiamque anno-
næ, & mercium possunt inde cōsulere necessitati reipubli-
cæ tēpore egestatis. Nam innocens ille, & S. Iosephus in
Ægypto exēplum simile charitatis & prouidētæ edidit.
Qui omne triticum in horreis regis recōdidit in Ægy-
pto, quatenus postea necessitatibus populorum, eos om-
que indigentis posset subuenire. Et quidē in hac quæstio-
ne D. Anton. ait non apparere clare quid sit dicendum Syl-
uest. vero verbo emptio. testatur esse valde clarum hoc

b Syluest. esse iniustum, ac proinde multa iura coaceruat: quibus
verbo, em- docet tales reuenditores à repub. esse exterminandos. Cui
prio. §. 10. assentiunt Alex. & Nider de præceptis in 7. præcepto.

¶ At Nauar. & Merca. & alij non tantopere eos suggil-
lant, quia in aliquibus casibus, ad iuramentum possunt esse rei
publicæ. Igitur decisuri quæstionem statuamus pro more
Theologico conclusiones.

¶ Prima est, si huiusmodi reuenditores taliter præ-
emerint merces in quantitate, puta triticum tempore col-
lectionis messium, vinum tempore vindemiæ, quod quia
in magna copia eas congerunt, annonam, vel merces in
republica cariores faciunt, certe & delinquit mortaliter,
& reipublicæ arbitrio boni viri damnū passæ, damnū re-
parare tenentur in ea. scilicet quantitate, qua merces in republica
carioris ut viderentur, ob id in causa fuere. Hęc est Victor.
& Nau. & patet ex regula iuri, quia respublica habet ius
ad annonam sibi asportatam emendum, quo iure eam
priuant isti reuenditores anticipando totius annonæ
emptionem, quare quia causam damni dant reipublicæ,
iure ei eos satisfacere oportet.

¶ Secunda conclusio, vbi id non esset prohibitum per
legem, tales reuenditores, si sic in magna copia conge-
rendo merces, emerent eo bono animo, ne dum triti-
cum (vt solet) extrahitur à regno, vel à republica, suæ do-
mum, & suæ reipublicæ alimonia, & prouisio annonæ de-
sit, aut ne alimonia vel annona pereat, cauendo etiam ne
annonam in republica cariorem sic reddant tum in hoc
casu liberi sunt à restitutione, tum etiam à peccato. Hęc
conclusio est Victorix, Nauarri, Innocentij, D. Antonini,
Mercati in libr. de contractibus.

¶ Sed tamen egregie Mercatus eos animaduertos esse
curat, vt statim dum persenserint defectum, atq; frumēti
penuriam in populo, aperiant horrea sua, vt ille sanctus
Ioseph fecit ad videntum pretio iusto, & moderato ta-
le, scilicet quale communiter curreret in populo, si illam
copiam tritici nō præmissent, & hoc ne anxietatem in-
ducant in pauperes, vtque illam euadant sententiam ma-
ledictionis, scilicet qui abscondit frumenta, maledicetur
à populis. Patet igitur conclusio, quia his obseruatis, opus
est prouidentix, & charitatis. Nam & egeni, & pauperes
ad istos tanquam ad asylam recurrunt ad emendum, vel
ad elemosinam petendum, dum inopia victus laborant.

¶ At admonet Victoria istam negotiationem esse pe-
riculosam,

riculosam, licet his vestita circumstantijs sit licita, quia pauci sunt, qui Iosephi Patriarchę antiqui gerant animi & qui non habeant primum in votis, vt tempus sterilitatis tale contingat quod caritiam inducat, augeatque valorem frumenti in duplo ne dicam triplum, quia teste Syluestro desiderare aduentum sterilitatis coniunctum est vt pote contra charitatem, cum peccato mortali. Sed si aduenerit iam præter optatum, gaudere de aucto pretio, sine alio malo respectu, non est saltem mortale. Concludimus ergo, quod licet cum prædictis circumstantijs res non sit per se illicita, tamen quia pragmatica stat in contrarium, & quia subest id periculi, & quia scandalum solutum est istud factum in genere in re publicis, deturandi sunt isti negotiatores à prædicta negotiatione.

¶ Tertium, quia perstat pragmatica interdicens emptionem tritici ad reuendendum. Cordub. c. propositi hos duos casus, an si quis vel ex proprijs redditibus, vel ex fructibus ex proprijs possessionibus collectis, plusquam sibi necessarium frumentum congreget, si eam omnem copiam vendat, sibi, domusque suę tritici necessariam alimoniam ab alijs emat, vel si sibi admixtata debeantur & in tritico pretio tunc valeant soluantur, si postea illud triticum pretio iusto currenti maiori vendat, an faciat contra pragmaticam de tritico non emendo ad reuendendum? Respondet succincte, quod in utroque casu abest peccatum, quia nihil intentatum est contra pragmaticam, quia tales non proprie emerunt ad reuendendum, sed ad suę domui prouidendum, neque vendere proprium frumentum, vel in pretium alterius debiti sibi oblatum, & per solum frumentum accipere non est contra legem, neque contra intentionem legislatoris, quia integrum est mihi emere ad meos vsus proprios pro meo victu frumentum viliori pretio currenti, vendereque post meum frumentum quod quia pretantius est maiori pretio dignum est.

Q. 2. ¶ Veruntamen hic licet prædicta vera sint, rogabit aliquis vtrum contra pragmaticam, exercere hoc genus negotiationis peccatum mortale sit? Responsum sibi tale habebit à Corduba quod talis negotiatio non caret peccato, tum quia est contra pragmaticam iustam edictam pro

no bono reipublicæ, tum quia eius transgressio, vergit in reipublicæ notabile damnum: si ab omnibus non custodiretur, vbi insinuat per hæc verba licet non clarè talem negotiationem esse mortale peccatum, & regulariter, ita credo maxime, vbi negligitur scandalum pusillorum supra dictæ circumstantiæ bonæ excusantes, & tollentes periculum huius negotiationis, non obseruantur, neque curantur. Quare Corduba circumspecte auerit ab huiusmodi negotiatione puellam nobilem, & pauperem, que non habens aliunde, vnde sibi subueniret, tercentos aureos quos habebat tantum, huic negotiationi emendi ad reuendendum triticum exponere parabat.

¶ Tertia conclusio. Licet qui exeunt ad vias ad præueniendas merces, easq; emendas, quâdo ideò cariores eas faciunt in republica, peccent, teneanturque restituere, (vt prædictum est,) tamen qui sic merces præueniunt, scilicet piscatum, carnes, vt eas postea præparantes, & condecetes, sicut faciunt caupones & pistores non prohibiti ementes triticum, vt inde coquant panes, quo peregrinus, & hospitibus & reipublicæ egenis victus non desit, vt inde sibi emant præparatos cibos non peccant. Negotiatio enim est quæ culpa caret, patet, quia hoc in bonû provisionis reipublicæ & indigentium cedit.

Q. 3.

¶ Præterea huc non præpollere illa aduocatur quaestio, cuius meminit Corduba, ^d vtum fraudulentus, & vitiosus contractus, & contra pragmaticam de non emendo triticum ad reuendendum fuit ille contractus, vt verbi gratia Petrus 500. aureos mutuo dedit populo suo, hac conuentione, vt infumerentur in triticum in pane cocto vendendum, ad subueniendum indigentia reipublicæ, adhibens ipse expensas dummodo sibi cederet lucrum, videtur namque pius fuisse contractus, quo se beneficium exhibuit ergâ indigentem populum.

¶ Nihilominus dicimus, non multum latens in hoc contractu continetur fraudulentia, & vsura. Et primo patet de iuri contenta vsura, quia re vera fuit mutuum. Nam re vera periculum illorum, 500. aureorum trāsiiit in rem publicam populi, vnde saluo capitali, expetiuit lucrum. Neque hic lucrum cessans habet locum cum neque causa illius persisteret, neque etiam, si persistisset in contractu,

d Cordub. de casib. cō sciencia. q. 106.

tractu, illius fuit facta metio, sed neque ibi locum habuit societatis contractus mixtus cum locatione & condicione operarum, quia cum senatoribus populi tradidit pecuniam neque de hoc fuit actum, neque conditiones eius contractum requisitae concurrere quia neque peculum illorum. 500. aureorum ipse voluit subire, & licrum totum ex pane cocto voluit reportare. Conuincitur ergo, quod quia Petrus prohibitus per pragmaticam non poterat cum. 500. aureis emere triticum ad reuendendum, usus est hac vafricie aduersus legem, scilicet tradere reipublica eos, vt infumerentur in triticum quod opus nequibat reuendere, conuenit cum rectoribus reipublicae vt in pane cocto venderetur, inde comparaturus sibi licrum, quod citra vsuram inde repetere non potest, quia conuincitur petere illud ex mutuo.

Q. 4. ¶ Ad hunc quoque locum spectat non inepte, & illa altera quaestio, quam Corduba^e discuit, an factum sit

e. Cordub. dignum, illicitumque; atque restitutioni obnoxium statutum, quod obseruant, obseruarique faciunt rectores populi, qui eo fine, vt triticum, vinumque populi pretio vendatur, & expendatur, interdicitur per interstitium temporis, quod aliquod triticum, aut vinum venale aliunde ab extra ad populum transfuehatur interim autem pretio a se praefixo, suum frumentum, & vinum atque vicinorum populi exponunt venale cariori tamen pretio, quam ven-

f. Gabr. in retur à ab extra asportaturis, si permitterentur asportari
 4. *dist. 15.* Ad hanc quaestionem succincte respondet: sed corduba
 9. *10. not.* Corduba dicens id genus facti, & statuti licitum esse, ut
 7. *& dub.* fore profus dampnandum, si tamen commodum populi
 2. inde resultans commune maius sit, quam damnum, quod
g. Syluest. inde subeunt pauperes, quod si secus sit, illicitum esse cen-
tit. emptio. sendum est. Igitur consulendi sunt circa hanc quaestio-

9. *5. q. 6. 9.* nem Gabriel, & Syluest. & Navar. doctrinam subter-
 10. *11. &* nistrant ad hanc quaestionem discernendam, quia quae-
 12. *& in-* est dependens ex facto, quare examinatione diligenti
ramentum circa factum opus est, postquam si adhuc in dubio pen-
 4. *q. 2. in fi-* det res, tunc consuetudo est, quae praualere debet, tale est
h. Navar sponsum fertur dedisse Complutensis Merina Docto-

Sum. c. 23. egregius.
num. 92.

¶ Porro post tot incidentes quaestiuiculas, quia non sumus

sumus immemores principalis à principio motę questio-
nis, vtrum anticipata solutione, liceret triticum, aut mer-
ces, aut fructus minoris emere, iam tandem per hanc re-
sponsiuam conclusionem ad eam respondemus.

¶ Sit igitur responsiva conclusio, licitum est anticipa-
ta solutione triticum vel fructus terrę colligendos, sicut
& alias merces emere, si tamen emptor huiusmodi, arbi-
trio boni viri, æquali se exponat aleę perdendi, sicut lu-
crandi, vt si verbi gratia, qui anticipatę soluit 7. argen-
teos pro mensura tritici, probabiliter credens tempore
traditionis eęque posse ascendere, & descendere in valore,
si anticipatę soluit 7. pro modio, & postea tēpore messis,
quo traditur, valet modius 10. sine scrupulo illum recipit:
quando à principio pro eo soluendo 7. verisimiliter cre-
debat, quod sicut in valore tempore traditionis poterat
crescere ad 10. quę sunt tria supra 7. ita poterat decrefce-
re ad 4. quę in tribus deficiunt à 7. Patet, quia iste à prin-
cipio in tuto non se posuit. Vnde ille alius contractus per
professores alterius ordinis aliquos approbatus, meritò
per consules regios fuit reprobatus, quia præterquã quod
contra pragmaticam nitebatur contrahens, quia emebat
vt reuenderet triticum, obseruatis de facto circumstantiis
temporis, quia grassabatur inter Indos agrorum benefi-
ciatōres pestis, & quia sterilitas temporum ingruerat, in
tuto se collocauit lucrandi, & extra aleam perdendi, licet
contractus ex forma verborum, & ex tenore scripturę
appareret iustificatus.

¶ Virum mutuare vetus frumentum, vt postea nouum reddat-
ur, vsura sit, & vt periculum vsurę quis in hoc casu enadat,
quid eum facere oporteat.

C A P. L X X V.

Porro cum de tritico anticipata solutione empto di-
xerimus, de venditionibus ad creditum, deque fru-
menti mutuacionibus, necessitas materię nos hic quoque
habere verba compellit.

¶ Adiciimusque cum Nauarro^a hoc notatu dignum
documentum, scilicet quod licet emptio tritici, aut vini,
aut olei, alicuius prædij ante messem, vel vindemiam mi-
noris

^a Nauar.
Sum. Lat.
cap. 17. nu.
217.

H. Pars. F.L. Lopez instr. Conse.

G noris